

menta, fidei Symbolum, Decalogi precepta,  
 & Ecclesie: sepeliendo mortuos, visitando  
 infirmos, Indos protegendo ab innumeris  
 vexationibus, quibus ab alienigenis affligun-  
 tur, impediendo plura peccata mortalia, que  
 in his, & similibus committuntur. Tunc si nul-  
 lus alius impediatur ad ingrediendum po-  
 pulos Indorum: absq; dubio nec peccat Epif-  
 copus talem providendo, nec qui tale offi-  
 cium [ vt dictum est ] acceptat. At vero iste  
 talis, qui exercet supradicta, non poterit pe-  
 tere, nec recipere integrum salarium, vel sti-  
 pendium quod solet dari, & exhiberi inte-  
 gro Parocho inscientia, & peritia linguarum  
 populorum instructo. Hoc non indiget proba-  
 tione, quia non tantum valet labor illius si-  
 cut istius. Dabitur tamen illi debitum. Stipe-  
 dium considerata qualitate personæ, & possi-  
 bilitate populi.

¶ Nona veritas. Si Curatus secularis, vel  
 Regularis nescit idioma, & linguam populorum  
 Indorum, & impedit intrare in dictos populos  
 Curatum secularem, vel Regularē sciētem In-  
 dorum linguam peccat mortaliter nec vllō  
 modo est absolendus. Probatum quia tunc  
 ipse nō dicitur sufficiens Minister: & ultra  
 hoc